Fragmentarium



seculum seculi: et reddam uota mea de die in diem.

Da nobis domine auxilium de tribulatione. Et timore.

Nonne deo subiecta erit anima mea: ab ipso enim salutare meum. Etenim ipse deus meus et salutaris meus: suscep-tor meus non mouebor amplius. Quousque irruitis in hominem interficietis uniuersi. tamquam parietem inclinatum et maceriem depulsam. Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere excursiones in sitis ore suo benedicebant et corde suo maledicebant. Verumtamen deo subiecta erit anima mea: quoniam ab ipso patientia mea. Quia ipse deus et salutaris meus adiutor meus non emigrabo. In deo salutare meum et gloria mea deus auxilium meum et spes mea in deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi: effundite coram illo corda uestra. deus adiutor noster in eternum. Verumptamen uanitas filii hominum mendaces filii hominum in statera: ut decipiant ipsi de uanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate et rapinas nolite concupiscere: diuitiae si affluant nolite cor apponere. Semel locutus est deus duo hec audiui quia potestas dei est et tibi domine misericordia: quia tu reddes unicuique iuxta opera sua. Psalmus Dauid cum

Deus deus meus: ad te de luce uigilo. Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea. In terra deserta in uia et inaquosa sic in sancto apparui tibi: ut uiderem uirtutem tuam et gloriam tuam. Quoniam melior est misericordia tua super uitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te